



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Consultationes Theologicæ Et Spirituales Christiani verè  
fidelis & verè devoti ...**

... De Excellentiis Sanctissimæ Virginis Mariæ Matris Dei

**Louis François <d'Argentan>**

**Augustæ Vindel. ; Dilingæ, 1726**


**VD18 80217915**

Consultatio XXIII. Templum fumans: ubi causu devotionis defenditur  
contra Libertinos sæculi, & speciatim devotio erga SS. Virginem contra  
impietatem Nestorianorum & Ebionitarum, quæ in dies ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45581**

## CONSULTATIO XXIII.

Templum sumans, ubi causa devotionis defen-  
ditur contra Libertinos seculi, & speciatim devotio erga  
Sanctissimam Virginem, contra impietatem Ne-  
borianorum & Ebionitarum, qua indies  
renovatur.



Omo, qui nascitur  
absque armis, ni-  
hilominus ita pro-  
clivis est ad bel-  
lum, ut non so-  
lum hoc suis cieat  
inimicis, sed cohibere se non pos-  
sit, quin eodem appetat maximos  
suos amicos. Ipsius cum illo con-  
servatio ne carere quidem potest  
aliquo belli genere. Unus se ob-  
ligeat defendendo opinionem con-  
trariam opinioni amici sui, & eo  
quidem nomine, ut jucundus ex-  
citetur intellectus & ingenij præ-  
lum, ubi pugnat ac contendit ra-  
tio, & quandoque majori cum fer-  
vore disceptatur de victoria, quam-  
ij faciant, qui armatis digladiantur  
maibus. Alter suum afficit  
amicum innocentem quodam vulne-  
re; aggreditur illum parva quâ-  
dam & jocosa cavillatione, qua-  
risum moveat Societati, ipsumque  
provocet, ad reddendum pares,  
vel etiam actiores illi; Et hæc ju-  
cundi hilarisque animi pugna est,

qua placet omnibus, nisi pertin-  
gat ad intima & lethali vulnera fa-  
mam sauciet & existimationem.

Sed sapientis indiscretio pugnan-  
tium, vel occulta quædam mali-  
zia in cordis intimo abscondita ni-  
mis quam pungit acriter, & crude-  
li plagâ vulnerat: Sunt ita, &  
ad sui animatur defensionem, of-  
fensamque pro offensâ reddit; sic  
que id, cui præluit fictum pro-  
lium, vero concluditur certamine,  
in molestas desinente animositates;  
& inde ad ferias fit transitus disce-  
ptiones, qua nonnisi amaritudi-  
nem & fastidium relinqunt in a-  
nimâ.

Et nos affecti sumus fastidio, si-  
nistrum videntes successum jocosæ  
cavillationis duorum juvenum no-  
bilium, alias amicorum ob-  
conformitatem genij, parémque  
affectuum inclinationem, dum am-  
bo nonnisi mundanis intendebant  
relaxationibus: Sed unus illorum  
suit tactus à Deo, considerans vas-  
titudinem conversationis, inutilita-

D d d d z tem

tem vitæ , ac periculum salutis suæ ; qui incipiens fastidire mundum , cogitationes suas & affectus suos felici metamorphosi convertit ad cœlestia , séque aggregavit devotorum numero.

Altet idem affectu & vitâ permanens quamprimum id observavit , & ipsius cœpit illudere devotioni ; Quid somniorum foves ab aliquo tempore in tuo animo ? aspicio te totum immutatum , videzis non amplius valere mente , quæ indies te magis deserit ; Quid abijt tua illa morum facilitas , quæ te omnibus reddidit amabilem ? quid intendis facere ? an vis esse devotus ? ô sordidam & abjectam occupationem ! haud credidisse , tantâ te obrui posse fatuitate .

Respondit is ipsi magno cum fervore : Haud ægrè sero , observari in me aliquam inimputationem , fateor modicam quandam in me esse , quam ardenter exopto & esse & fieri m. jorem ; Egi jam diu asseclam mundi & vanitatum ejus ; deinceps amplius non agam , & aamicitia , quæ me tibi devin&sum habet , maximo me afficit dolore , quod videam , nondum fastidire tem nefarijs Domini servitutem . Quantum ad me , inveni mihi alium longè excellentiorem , volo esse DEI ; intueor in eo , quod tu sordidam & abjectam nuncupas occupationem , pulchritudinem admirablem , quæ mirè afficer ; Et

ut veritatem tibi fatear ; Volo deinceps esse devotus .

Itane , replicabat alter , exasperato in rugas vultu , & aliquantisper mœsto , omnino apertam sic tuam facis declarationem ? summè puderet me , si ejusmodi obnoxius forem criminis , quod ad summum summissa voce insursum aribus mei Confessarij , ut ab eo absolutionem impenderet mihi ; sed tam audacter suam de hoc coram omnibus facere Confessionem , longè absit à me ! Est is casus reservatus , à quo me vix absolveret : An ipsem ignoras , quā exiguō sint loco apud mundum devoti , qualēque penes viros honoratos obtineant existimationem ? Abjeti homines , qui seipso faciunt si- diculos , quique sapientis . . . .

Hucusque nonnisi jocosa erat Invedire cavillatio , sed prosequens telam , telo acutissimo sauciavit cor , dum ita cavillari perrexit seriò ; quod sapientis devoti nonnisi vanam ostentarent & ostenderent apparentiam , ut decipient simplices , maximaque sub velo pietatis abscondant scelerā ; quod non tantum non meliores essent alijs , sed potius , quod pejores ac deteriores non agnosceret in mundo , quosque minoris penderet ; quod essent homines absque pudore , absque fidelitate , absque conscientiā , homines pleni magnâ sui ipsorum existimatione , qui se erigant in censores vitæ aliorum , reprehendant illicò omnia , quæ

que abjecto suo non arident genio, putantes, se jus habere, eò quod devoti sint, contemptim adhibendi viros quosque honoratis simos, ita ut difficillima sit cum ejusmodi hominibus & impossibilis fermè conversatio: Et quantum ad me, fugio ipsorum congressum, quantum mihi licet, eòquod, unico verbo, non fidam ipsis velut hominibus nullius valoris.

Hoc erat discerpere unguibus novi devoti viscera, qui ut illatum dissimularet dolorem, respondit his omnibus admodum actiter, quantumvis verissimè. Miror, quā ratione audeas dicere, quod pudeat te declarare te publicè servum Dei, dum te tuique similes non pudet declarare vos palam servos diaboli: an enim ignoratis, abominandam hanc bestiam nuncupari in Evangelio principem mundi. Inquit omnes iij, qui affectas agunt mundi, & ipsius vivunt legibus, profiterunt se fideles subditos esse diaboli; & adhuc ex eo gloriantur, volunt;

que audire Viri honorati: & quantum ad me, tam probrofam, tam que despicabilem aestimo ipsorum conditionem, ut mallem agere Carnificis vernam ac famulum.

Ultimum hoc Verbum offendit altetum acerrimè, nec ultrà aures dare poterat loquenti; sed totus ira percitus exclamavit: Desine, nec quenquam offende, non ego sum homo ejusmodi assuetus insultibus: Si ego ..... videbam bene, adjicere ipsum armis manum, & horroram inter illos fore stragem; mox igitur me interposui, ut ab invicem separarem ipsos. Ilj lustres Domini, inquietam, habeo, quod vobis dicam, non levis momenti, in Nomine Regis, (intelligebam autem magnum Regem Regum) ad hæc verba mox ambo se continuerunt: Siquidem loqui nobilibus in nomine Regis, est illis illicet occludere os, & aures recludere: Siluerunt igitur, in quiete me auscultaturi. Et ecce, quid ipsis dixerim.

## ARGUMENTUM.

### *De absolutâ necessitate devotionis, cuicunque intrare volenti Regnum DEI.*

#### ARTICULUS I.

D Omini mei, nescio, an ex plorata sit vobis magna Majestatis suæ erga vos tum affectio, tum existimatio; hinc ex mandato, & in nomine ipsius

certos vos facio, quod is amet vos, suos velut filios, secumque statuerit cuilibet vestrum imponere coronam. Egregia sanè promissio, mox inquit mihi duorum unus,

Dddd 3 in-

interpellans me; optarem illas tam esse certas, quām sunt magnifica; Verūm nimium quid dicas, ut tibi facias adhiberi fidem, & tantum uobis non est fiducia, ut illas exspectemus.

**DEUS** est Verum est, fatebar ipsi, si lo-  
Rex magis querer de Rege terreno, habituorum  
magnificus te rationem dubitandi; siquidem  
& maius-  
ous cunctis Regibus cor illis tam amplum non est, ut  
terram. exterios velut suos ament filios:

Et dein, non tam multiplices sunt  
illis coronae, ut omnibus, quos amant,  
coronas possint imponere. Sed dico vobis adhuc plus, quām  
credatis. Loquor vobis de magni-  
Rege Regum, & de supremo cœli-  
Empyrei Monarcha, coram quo  
omnes Reges terræ minores sunt  
minimo atomo. Ipse est, de quo  
loquor, & in nomine ipsius certos  
vos facio, quodque amet vos, ve-  
lut proprios suos filios, quodque  
unicuique vestrum intendit impo-  
nere coronam: Et vos, qui cre-  
dere id non potestis de Rege ali-  
quo terreno (eoque promissio-  
nes haec videantur vobis nimis  
splendidae, nimisque magnifica) minimè debitis dubitate de his  
qua[m] majores sunt absque compara-  
tione; siquidem tam certe sunt,  
ut totidem sint articuli fidei,  
qui credendi vobis sunt sub mal-  
itia damnationis æternæ.

Est articulus fidei, quod Deus,  
qui magnus est Rex Regum, sit  
vere Pater vester, vosque aspiciat,  
vosque amet velut proprios suos

filios: Ipsemet vobis tribuit com-  
fidentiam compellandi indies ip-  
sum hoc nomine, & petendi ab  
eo regnum ipsius: Pater noster,  
qui es in celis: Adveniat regnum  
tuum. An dubitare potes de veri-  
tate horum verborum cum ipse  
met pronuntiaverit illa, nos tó-  
que inferuerit ori? An diffidere  
potes certitudini promissionis ip-  
suis?

Est articulus fidei, quod amet  
te amore tam vehementer & accen-  
so, ut omnium terrenorum Pa-  
trum amor, non sit nisi gelu &  
frigus in comparatione: Nam qua-  
le cor patris amare potest, sicut  
cor patris cui cœlestis? Et quōd  
modo magis amare te posset, quām  
sacrificando propriam vitam tuam  
pro te, & tolerando amore tuū  
configi se Cruci? Hoc nunquam  
videmus, fecisse aliquem Patrem  
pro filiis suis. Jam articulus est  
fidei, ipsum hanc ratione, hacque  
mensarâ amare te: Ipse est mor-  
tuus pro te, ita, pro te ipso; di-  
co, pro propriâ personâ tuâ in  
particulari. Et posthac dubites,  
an Majestas ipsius infinita te verè  
amet velut suara Filium? O si  
aliquis Rex terrenus te amat eò  
usque, quantum tibi foret gau-  
diu[m]; & tamen hoc nihil esset  
tua intiuicu felicitatis!

Est insuper articulus fidei, quod Certudo  
intendat unicuique vestrum impo-  
nere coronam, & desideret possi-  
dere vos illam in omnem æterni-  
tatem  
Deum, qui  
nos amet  
velut filios

tem : De hoc dubitate non potestis ; propterea enim ex nihilo fecit vos idoneos ad possidendum illam per creationem ; propterea ex indignis , cuiusmodi eratis ad illam possidendum velut filii Adze, reddidit vos dignos , suos vos faciens nasci filios per sacram Baptisma ; propterea , cum obtutos vos videret innumeris debitibus , & constitutos sub servitute peccati , solvit omnia debita vestra , vobisque acquisivit sui pretio sanguinis regnum aeternum , quod vobis defiderat impetrasti . An dubitatis , ipsum verè rem velle , pro quā & tanta fecit , & tanta pertulit ? Profecto , an minimum quid vos faceretis pro te , quam non velleis ? Bene nostis , quod non . Nonne igitur merito ab initio dixi , habere me res magni momenti vobis dicendas in nomine Regis ? Nempe , quod amet vos vehementer , & intendat cuiilibet vestrum imponere coronam ?

Substitui hinc & aspexi generosos hos juvenes , qui contentissimi mihi videbantur auspicata suā sorte ; non jocabantur , nec cavillabantur amplius circa eā , quā devotionis sunt , sed paratissimo erant animo ; unde videns , iudicio meo ipsos esse dispositos ad recipiendam compositionem ratione habitæ suæ controversiæ , adjeci . Cettus sum , illustres Domini , vobis non esse cor tam ignavum , quin aspiretis ad ingentem hanc felici-

do  
re nos  
o , qui  
met  
filios

enim de  
sem ipsum , nondum fecisset finem ;  
votæ dignæ  
sunt regu-  
sed illico ipsum cohibui : Quid in-  
reia aet-  
quis , Domine ? Illi , de quibus tu-  
sum .  
us est sermo , non sunt devoti , sunt quamvis  
impij ; optimè novi , non paucos mundus  
numerari in mundo devotos falsos ;  
ipsas ,  
sed falsum aurum , non est autum ,  
falsus devotus non est devotus ; ne

tatem ; sed probè nostis , nonnisi solos devotos fruituros illā , omnésque , qui devoti non fuerint , illā fore privandos in aeternum .

Quomodo , Devoti ? Respondit subasperè is , qui ab initio tam acciter oppugnaverat devotionem : An mihi persuadeas , daturum olim Deum regnum suum hominibus tam abjectis & despiciatis , quales sunt devoti ? Virosque honoratos , qui sine comparatione majoris sunt valoris , ipso fore privandos ? Non possum hoc credere . Si sapiens mundi politia nunquam imponat coronam vettici alicujus hominis , quem omnes aspernantur ; Nunquid sapientia infinita Dei sui ipsius immittuet existimationem , si id ipsum facheret ? Volebam quandoque legere certa devotorum opera , animi relaxandi gratiā ; Sed nihil inveni nisi figmenta , puerilitates , crepundia , rugas infantiles , tolerandum adhuc foret , si non nisi ibi ridicula invenissem ; sed observavi hypocrises , falsos dolos , & malæ opera fidei . Ast qui , omnia simulationis illorum detegerat arcana ; O Deus , quantas inveniet etiam abominationes ! si non interpellas .

com-

commisces falsam monetam cum bonâ , nec confundas devotionem falsam cum verâ : Relinquo hic devotos falsos, qui idonei non sunt nisi ad deturpandum virtutem, quique satis contemni non possunt.

Quinam  
devoti ap-  
pellandi  
sunt.

Loquor igitur solèm de veris devotis, qui tales sunt absque hypocrisi & simulatione ; loquor de devotione, quæ est absque fuso & absque fraude, cui aliis non est scopus, nec intentio, nisi placendi Deo, nec cura alia, nisi cognoscendi omnes ipsius voluntates, ad perficiendum illas : Loquor de verâ pietate nobilium animarum, quæ, cum recordat imputant, servire alteri, quam Deo, se tantò magis credunt sublimatas, quantò magis abjectæ sunt coram infinitâ hâc Majestate, magisque subiectæ in omnibus divinæ ipsius voluntati. Loquor de constanti resolutione cordis generosi & verè fidelis Deo suo, quod omnem suam fidem devovere novit divino ipsius verbo, abs eo, quod interroget, quid dicet mundus ; quod collocare novit omnem suam confidentiam in magnificis ipsius promissis, quia aliquid exspectet illius, quod ipsi mundus, vel id, quod fortunam vocamus, ipsi posset promittere ; quod tandem aspicere sub pedibus novit cum contemptu omnem hanc apparentem gloriam, omnemque hanc veram vanitatem, ad quam totus aspirat & suspirat mundus, quodque in mente suâ tolera-

re minima non posset, nisi ea, quæ ad cœlos tendunt, desideria.

Ecce devotos & devotionem, de Falsi devoti quibus mihi sermo est, quando di- & persecuto, nonnisi solos devotos posses- furos regnum æternum Dei : Vel. let is illud impetrati omnibus suis filijs, eòquod ipsos vellet verè esse devotos. Sed major ipsorum pars privabuntur illo, eòquod non solum non velint esse devoti, sed insuper contemnant & persequantur eos, qui sunt, gloriantes adhuc de eo, quod devoti non sint. Ju- dica, an meritò proscindas veros devotos tanto contemptu ? An z- quum insuper sit, non æstimate, nisi eos, qui contemnunt Majesta- tem Dei, dum confunduntur de- clarare sese ceu servos ipsius ?

Benè video, confessus est mihi, satis congruere ea rationi, quæ di- cis : Hinc aspiciens devotionem & devotos sub speciosâ , quam tribuisti illis, formâ , contemnere nolle ipsos : Nihilominus no- men hoc devoti tam infame est in mundo, ut vix portare id quisquam velit. Nemo est, qui habeti non velit vir bonus & honoratus in mundo ; sed qui devotus velit au- dire, vix invenies : Et si qui com- pellentur hoc nomine, plerique affectos se credent injuriâ.

Unde hoc est, interrogavi ip- sum, nisi ex falsâ quadam opinio- ne, quâ præoccupatur mundus, dum credit, abjectum quid esse & contemptibile in nomine devoti,

quod

Tetullia-  
ni Apo-  
log. c. 2.  
Unde sic.  
quod no-  
men devo-  
tum de-  
spicibile  
se apud  
modanorum  
quod probatum sit portantibus  
illud? Ecce nos hic in parte ite-  
rum devolutos ad tempora Tertul-  
lianii, qui conquerebatur in suo  
Apologitico de eo, quod idolola-  
træ conceperint tam iugentem hor-  
torem erga nomen Christiani, ut,  
quasi certissimi forent, enormissi-  
ma quæque criminis in augusto hoc  
nomine esse inclusa, satis fuerit,  
convinci quanquam de eo, quod  
illud portet, quatenus ad levissi-  
ma quæque condemnari posset  
supplicia; non judicabant necessari-  
um, instituere examen circa cri-  
minis, quæ commiserint; immo po-  
tius Trajanus Imperator prohibuit,  
ne ejusmodi examen institueret-  
ur, sufficiebat, confiteri ipsos,  
quod portarent hoc nomen: Jam  
confitebatur id libenter; non opus  
erat cogere ipsos ad confitendum  
crimen tam speciosum, de quo  
potius gloriabantur summè; sed  
cruciabantur, ut tormentorum vi  
illud abnegarent; & si solum abi-  
ijs obtinere poterant ejusdem ab-  
negationem, jam ab omni pro-  
sus absolvebantur reatu. Dicen-  
dum igitur est, ipsorum nomina,  
solum fecisse ipsorum criminis: So-  
luis nominis crimen est, quis no-  
minum reatus: Quæ justitia hæc:

est forma, interrogabat ipsos Ter-  
tullianus, si aliud in me non est  
crimen, nisi meum nomen? dicite  
mihi, unde nomina contraxerunt  
culpam, ut supremo effici mercan-  
tur suppicio? Indagate circa meam  
personam; si invenieritis criminis,  
quorum reus sum, punite illa; sed  
parcite meo homini, quod est abs-  
que noxiam.

Dolendum sanè est, quod no-  
stræ aetatis Christiani ita fermè ad-  
huc beant nomen devoti, sicut tem-  
poribus illis, Christiani nomen  
adhibebant pagani: persecutione  
afficiuntur devoti, non propter  
crimina, quæ committunt, sed  
propter nomen, quod circumse-  
runt: Innocentes forent, si devo-  
ti non audirent: *Si damnas, cur  
non inquis?* an sufficit portare  
nomen innocentis, ut reus quis sit  
& criminis obnoxius? si judicas,  
devotum dignum esse summè con-  
temptu, cur prius non indagas  
circa criminis, quorum est reus,  
quibusque tam severam prome-  
ritus est penam?

Placet mihi reposuit, institua-  
mus inox hanc informationem, &  
videamus, an non meritò contra-  
dicatur devotis, & omnibus ipso-  
rum devotionibus?



R. P. Iacob Consultat: Tom. III.

Ecccc

AR:

ARGUMENTUM.  
*Informatio pro & Contra devotionem.*

## ARTICULUS II.

**D**evoti, mihi dicere exorsus  
est, sunt ignavi, qui non  
recedunt à mundo, nisi  
quia mundus recedit ab ipsis; ho-  
noratorum fugiunt consortia vi-  
rorum, quia non sunt ex numero  
illorum: Et quia satis animi non  
habent ad prosequendum jucun-  
dam quandam conversationem,  
nec satis meriti ad compatendum  
decenter cum alijs; oblectant non  
minus semetipos, quam mundum,  
abscendendo se; et quod careant  
generositate vivendi & conversan-  
di cum viris honoratioribus.  
Quando ad incitas nonnemo re-  
digatur, nec amplius quidquam  
potest, amplectitur institutum ali-  
cujus devotus; praesertim speciem,  
quasi illuderet mundo, cum à  
mundo se videat illudi.

Et ego respondebam, omnes  
illos, qui devoti non sunt, igna-  
vos esse & summè vecordes, qui  
ideò interserviant mundo velut man-  
cipia, eòquod satis animi non ha-  
beant nec generositatis, quâ se ex-  
stultant ad serviendum Deo, si-  
c ut pauperes coloni & agricolæ,  
qui ideo interserviunt bestijs, jumen-  
tis & pecorisbus in campis, quia  
nec cogitatione quidem aspirare  
audent ad honorem & dignitatem,  
ut interserviant alicui Regi vel Princi-

pi : Illi , quibus satis ingenii non  
est ad comprehendendum & ex-  
quendum ingens negotium æter-  
nitatis suæ , occupantur vilibus  
negotijis tetræ , quæ nonnisi pue-  
riles ludi sunt , dum interim ne-  
gligunt acquisitionem regni æter-  
ni ipsi promissi à Deo : dicere  
illis esse nonnisi bestiarum ani-  
mam , quæ non cogitet nec de im-  
mortaliitate hujus rationalis animæ  
sibi à Deo concessæ , nec de æter-  
nitate , quam exspectet post hanc  
vitam nec de alia quâpiam re ma-  
gnâ , in quo suam ostendunt stu-  
piditatem & abjectionem animi .

Relpondeo secundò ; omnes Omnes in-  
inde votos , magis adhuc ignavos devoti , qui  
esse quam stupidos ; si enim satis sunt in  
ingenij non habent ad conspicien- mundo  
dum pulchritudinem virtutis , mi- sunt stupi-  
nus adhuc habent animi ad dedu- di & ignavi  
cendum illam in opus : oporteret  
opugnare passiones suas , illasque  
vincere ; sed ipsi dicunt , se id non  
posse ; malunt ergo ignavè famu-  
lati velut mancipia . Oporteret  
exercere virtutes , quæ suas adjun-  
ctas habent difficultates , quæ su-  
perandæ sunt ; Sed ipsis ad hoc  
non satis est animi : oporteret sibi  
inferte vim ad rapiendum cœlum ,  
uti ait Evangelium & resistendum  
torrenti hujus mundi ipsos trahere  
volen-

volentis cum multitudine in vi-  
tam omnino naturalem, totamque  
animalem; sed animam ipsi ha-  
bent nimis mollem, nimisque in-  
firmam; Oporteret denique non  
timere certum quoddam phantas-  
ma, quod appellant. *Quid dice-  
tur?* quo tertio incutitur cunctis  
ignavis & pusillanimibus, unde &  
fugunt velat infantes & plorant  
ad aspectum umbras. An sit quid-  
quam tam ignavum & vecors in  
mundo, quam non audere quid-  
quam agere boni, ex metu, ne  
quem devoret immanis hæc bestia,  
quam nuncupant; *Quid dicetur?*  
Ecce tamen, quid tremore per-  
cellat omnes hujus mundi Thra-  
sones, qui ita metuant, ne ha-  
beantur devoti.

Omnis re-  
u' devoti  
survici  
boni  
fideles.

es in-  
ti, qui  
in  
do  
stupi-  
gnari

Non tantum est hoc, reposuit  
mihi, sed quod magis mihi dispi-  
cet, est, quod videam, omnes de-  
votos esse homines male moratos,  
importunos, molestos, quibuscum  
vivere nemo possit, homines ab-  
que affectu, absque amicitia, à qui-  
bus sibi promittere nullus va-  
leat aliquid in necessitate ob-  
sequium.

Unde hoc arguis? Dicebam  
ipsi: Bone Deus, quām male in-  
stitutus es circa homines; profe-  
cto totum est contrarium; si quæ-  
rendus est aliquis in mundo, qui  
habeat omnes virtutes vitijs à te  
anumeratis contrarias, honestatem,  
benevolentiam, veram amicitiam,

in obsequendo fidelitatem ac  
promptitudinem, non invenies e-  
um nisi inter veros devotos.

In primis si in mundo sunt ho-  
mines, qui habeantur pro viris ve-  
rè honestis, hi non sunt, nisi veri  
devoti: In quo enim constituis  
veram honestatem nisi in commit-  
tendo nunquam actiones abjectas  
& probrosas, nisi nunquam lex-  
dendo tuam fidem, tuam conscienc-  
iam, tuum amicum; inviolabi-  
lem ipsi semp̄ servando fidelita-  
tem, custodiendo secretum ab ip-  
so tibi commissum, vel sacrum  
quoddam depositum, nulli à te  
unquam revelandum? si vera  
honestas in eo consistit, ut ali-  
quis sincerus sit in suis promis-  
sis, verus in suis verbis, candidus  
& rectus in omnibus suis actioni-  
bus, ita ut nunquam recedat in  
omnibus, quæ agit, ab obligatio-  
ne suâ, certum est, nonnisi ve-  
rum devotum, ita dispositum esse  
posse. Ratio est, quod cum collo-  
caverit cor suum in manu Dei, ab  
ipso is capiat suam vivendi ratio-  
nem, probè gnatus, ipsum sem-  
per esse actionum suarum testem,  
sicut & occultissimum cogita-  
tionum cordis sui; se quoque fa-  
cere nil posse, nec dicere, sed ne  
quidem cogitate contra virutem,  
& contra honestatem, quod non  
displaceat oculis ipsius divinis: ô  
quām procul abest ab eo, ut edus-  
que præcep̄ tuat! mallet enim  
mori, quam ipsi disperdere. Mul-  
tum

Eeeee 2

tum igitur in illo collocari potest fiducia, velut in voto vere honesto, utpote devoto: An similis fiducia in illis quoque collocari possit, qui cum devoti esse nolint reipsa non habent nec conscientiam, nec fidelitatem, nec timorem Dei, cum haec absque devotione subsistere non possint.

Secundò si homines sunt in mundo benevoli, obsequiosi, affabiles, conversationis jucunda & accepta, si sunt veri devoti. Non sunt observandæ tanta cautelæ cum ipsis, eoque sacerdi sint ac ingenui, absque ullâ agendi ratione affectata, nec tantæ circumspetiones molestæ, quas observare oportet cum hominibus mundanis, ne forsan offendantur in re minimâ: Vera devotio, quam profitentur, admodum similis est pietatæ, quæ Sanctus Paulus efformat nobis imaginem Charitatis, quæ regina est virtutum.

Ipsa est patiens, inquit nobis, ut ex nullo offendatur, nisi ex eodem videt offendendi Deum; ipsa benigna est & affabilis erga proximum, ne unquam mœroro afficiat ipsum; ipsa omnia in bonam suscipit partem, ita, ut male nullius indicet intentionem, quando etiam videret parum aliquid in ipsis actionibus reprehensione dignum; ipsa nunquam importuna est mundo, nec offensa ab ipso conqueritur, sed semper contenta videtur & pacifica; ipsa nec ta-

citura est, nec garrula, loquitur, quando opotet, nec quidquam dicit, quod suâ caret prudentia; ipsa non cogitat malum de aliquo, & quia ipsis cogitationes innocentia sunt, ipsis oculus simplex, ipsis verba absque dolo, credit facile, omnes alios ejusmodi quoque esse: Ipsa semper comitem habet prudentiam, quæ non permettit illam decipi, & per quam inclinatur ad exercendam virtutem, quæ à Sancto Thoma tam necessaria judicatur ad conversandum bene cum proximo, quæque *Eutrapelia* vocatur.

Quis diffitebitur, quin esse Veri devoti ejusmodi devotio possit nonnisi suaves sunt jucundissima & iustæcunque conditionis hominibus, omnésque devoti, qui ipsis amplectuntur institutum, sint homines in mundo amabilissimi, eoque offendant neminem nulli præbeat alicius vel molestia vel timoris argumentum. Nónne verum est, homines mundanos, quibus contempui est, devotio, haud esse neque tam honestos, neque tam amabiles, uti homines devotos esse constat.

Tandem ne dicas, devotos esse Verus devotus est homines nullius studiosos amicitiae, & à quibus exspectari non possit aliquid in necessitate oble-  
quium; Dicas potius oppositum, que-  
dum, si quemquam habeas amici-  
tatem fidem, in quo tuam collo-  
care possis fiduciam, ut certus sis,  
ipsum

1. Cor. 13.  
v. 4.

ipsum tibi nunquam defuturum in necessitate, hic esse non possit nisi ille, cuius vera ac sincera est devotio. An dubites, quin ille, qui probè agnoscit, Cor suum ita consecratum esse amori, ut obligatus sit sub æternæ pœnæ damnationis, non solum amare Deum suum ex totis viribus suis, sed etiam proximum, quamvis inimicus ipius sit maximus, sicut seipsum? An dubites, inquam, quin ardenter & vehementer, suos amaturus sit amicos?

Est error credere, quod, ut aliquis verè sit devotus, oporteat negligere amicorum suorum omnem amicitiam. Omnidè ex adverso non est cor tanto exactuans amore, sicuti est cor diligentis DEVM. Ipsius amor tantæ est vastitatis & amplitudinis, ut includat non solum DEVM; sed omnia, quæ spectant ad DEVM; Jam tibi judicandum relinquo; an excludat ab illo amicos suos; Ipsius amor tam est fortis, ut velut lignis ardeat in medio glaciei, eoque maxima odiorum ac persecutionum, quibus ab inimicis suis afficitur, frigida non possint extinguere ipsum; jam penes te sit judicium, an non amore singulari nos prosecuturus sit amicos? Ipsius amor tantæ soliditatis est & efficaciz, ut sibi satisfactum non credat, si ore duntaxat amet & verbo, sed veritatem illius attestari velit operibus, obsequijs & beneficijs suis. Quâra-

tione igitur liceat dubitate, quin exhibitus tibi sit optima in necessitatibus tuis obsequia?

Si necessitas occurreret tibi, ali- Vetus de  
votus est  
amicus fi-  
delis fer-  
tuusque honor, vel tuum alii vando se-  
committendi-thesautum, cui con-  
cretum &  
cederes illum majori cum securi-  
tate, quam ei, quem verum co-  
gnoveris esse devotum? Si desere-  
rent te omnes in contagiosa quâ-  
dam peste, vel alia ejusmodi infi-

mitate, à quo auxilium exspectare  
nisi ab ipso posses? Si exponere  
oporteret quenquam pro te bona  
sua, amicos suos, personam suam,  
propriamque suam vitam, à quo  
ingentes hos amicitiaz sperare pos-  
ses affectus, nisi à vero devoto, qui  
amet te in DEO & propter DEUM!  
Et hoc est, quod verus nuncupat  
tur devotus, cuius amicitia certa  
est, constans & efficax, quod ami-  
citz mundi non pertingunt, quæ  
nonnipli plenæ sunt infidelitate, de-  
ceptione, & propriæ studio utilita-  
tis, de quo indies conqueruntur  
omnes: Et his consideratis adhuc  
dicas, devotos esse homines inge-  
nuitate, honestate & charitate pri-  
vatos, quibuscum nulla haberi pos-  
sit vita conuentudo, ipsos esse ho-  
mines insulso, qui nulli stude-  
ant amicitiaz, nec ulli aliquod im-  
pendant benevolentiaz argumentum?

Verum tu loqueris, reposuit mihi, de viris admodum prudenti- bus

bus, qui non collocant devotionem suam in figuris exterioribus, in versione oculorum, & in certis oris vultusque compositionibus simulatis, quas eo sine effor-  
mant, ut observari se faciant ve-  
luti homines, qui non sunt sicut ca-  
teri hominum: Tu loqueris igitur  
de ijs, quibus est anima recta &  
sincera, qui sunt absque dolo &  
absque simulatione, dum ita de-  
prædicas devotos? Bene intelli-  
gis, dicebam ipse; sed horum sunt  
pauci, & multo pauciores alijs, qui  
plerumque non nisi externam of-  
fendunt speciem: tantò deterius,  
sed defectus non oritur ex devo-  
tione. Qui reprehensione sunt  
digni, non sunt, nisi quia verè non  
habent devotionem, contenti si-

mulate eandem: Probè enim vi-  
des, omnes illos, qui eam verè ac-  
sincerè amplectuntur, estimari plu-  
rimū, & ita causam non habes  
condemnandi illam; & summa in-  
juria est apud omnes mundi natio-  
nes ipsam despici.

Debuit in hoc mihi assentiri;  
non enim habuit, quod desuper  
replicaret mibi: Sed quia crede-  
bam, me non satisfecisse, quoddi  
propugnaverim devotionem & de-  
votos, ut illos è contemptu erue-  
rem, nisi tam sublimem quoque  
insererem ipsius animo circa illam  
existimationem, ut ipsam amaret,  
eamque ipsem possidere deside-  
rat, devotusque esse vellet.  
adjeci ea, quæ mox  
percipies.

## ARGUMENTUM.

*Ut aliquis consolatus vivat in hoc mundo, &  
Beatus in altero, oportet devotum esse, & speciatim devo-  
tum erga Sanctissimam Virginem.*

### A R T I C U L U S III.

Nemo est  
beatus in  
hoc mundo,  
absque de-  
votione.

**N**emo unquam beatus vive-  
re potest, nisi contentus;  
& nunquam contentus est  
quisquam, nisi jō habeat, quod  
Cor ipsius desiderat. Jam innatu-  
sa sunt hominis desideria, quæ nun-  
quam tپeri, nec contentari pos-  
sunt omni eo, quod minus est Deo.  
Certum igitur est, DEUM solum  
ipsum reddere posse beatum, eo  
quod is solus reddere possit Cor

ipsius contentum. Hem, quâ ra-  
tione Cor ipsius contentum sit per  
possessionem DEI, nisi sit devo-  
tum? Docet enim Sanctus Tho- D. Thomas  
mas, quod devotio sit voluntas 2. 2. q. 18.  
prompta & deliberata, ad ample- art. 1. 18  
ctendum cum gudio ea omnia, Corp.  
quæ spectant ad servitium DEI.  
Illi, quibus nulla est devotio, non  
habent gaudium de DEO, nec fer-  
vorem ad requitendum illum, non  
igj;

igitur contentum habere cor possunt per possessionem ipsius, & consequenter nunquam sunt beati. Et ex hoc deducitur, quod contentus vivere volens in hoc mundo, debeat esse devotus.

sed credere vix possum, animam verè & solidè devotam esse posse, nisi devotissima sit erga Sanctissimam Virginem. Quare non interrogavit ipsum unus horum nobilium: Nonne fatis est, si obsequia mea impendam DEO, cum solus ipse sufficiat ad operandum meam salutem? Praeceptum est mihi in lege, ut adorem Dominum, DEUM meum, & alteri non serviam, nisi ipsi soli: sed praecipuum mihi non est, ut adorem Sanctissimam Virginem, aut illi serviam, aut devotus ipsi sim, cum non sit DEUS.

Verum est, respondebam ipsi, Sanctissimam Virginem non esse DEUM, nihilominus est tota divina; volo dicere; Accedit ipsa tam prope ad DEUM, ut tota resplendens videatur splendoribus ejusdem ipsius gloria: Non est illa quidem ipsem sol, apparuit tamen Sancto Joanni tota vestita sole: *Mulier amicta sole.* Verum est, ipsam non possidere divinitatem, velut proprium suum esse; tota nihilominus induita & circumamicta est illa velut vestimento suo. Sanctus Bernardus hac de re loquens dicit, quod eodem tempore, quo ipsa vestit Filium DEI

paupere Humanitatis nostre amictu, is revetit ipsam suæ plenioribus divinitatis: Denique & S. Bernardus, vestis illa, & vestitis ab illo. Si Filius infinita ratione honorandus est sub amictu Humanitatis, non nec mereatur Mater profundissima quoque obsequia, sibi amictu divinitatis? An aspicere possit somorem, quin aspicias ipsam; quæ tota vestita est illo? Verum quidem est, paria reddenda non esse honorum obsequia Filio & Matri; sed ex eo, quod imparia sint, non cessant tamen esse inseparabilia? An bene nosti, quoniamque extendenda sit devotio erga Sanctissimam Virginem?

Eillet sanè horrenda impietas, credere, quod adoranda sit ipsa vel DEUS, vel sic ut DEO famulum ipsi: Non, ipsa non est DEUS, ipsa semper infinita ratio ne est infra DEUM: Sed non minus alia foret impietas, non agnoscere, quod ipsa exaltata sit plurimum super ceteros omnes Sanctos: Siquidem constituit ipsa Hierarchiam quandam particularem, quam implet sola, abs eo, quod quenquam habeat sibi aequalim; ita ut aequissima quedam hic sit tuta excellentiarum, cum obsequiorum subordinatio. Deus solus primum tenet ordinem, Sanctissima Virgo secundum, & omnes reliqui Sancti tenent tertium. Non nisi ad DEVUM spectat, esse principium & causam primam creature-

rum,

rum, ipsi soli debetur honor & gloria, quia illius in proprio sinu suo tenet scaturiginem; illius tamen in se non retinet nec constringit rivulos; vult dimanare & effundi has super creaturas suas, eoque communicare illis velit ex sua abundantia: Non spectat etiam nisi ad Sanctissimam Virginem, quae proxima est ipsi, recipere immediate majorem illius communicationem. Ipsa igitur est largissimus quidam aquæ. Etus per quem DEVS suas effundit divitias super ceteros omnes Sanctos; sed tandem omnia aliotum Sanctorum est, talem illius recipere portionem, qualam placuerit DEO ipsis communicare.

**O**mnis de-  
votio, quæ  
prosequitur  
vereor in ipsis,  
Sanctos vel  
sanctissimam  
Virginem,  
redundat in  
Deum.

Quando veneratione & devo-  
tione prosequor Sanctos, non re-  
prosequitur vereor in ipsis, nisi id, quod rece-  
perunt à Deo; quando majori ad-  
huc devotione prosequor Sanctissi-  
mam Virginem, quā ceteros o-  
mnes Sanctos, non venenor in illa  
nisi id, quod recepit à Deo:  
quando amore & præcipua devo-  
tione prosequor Deum, abbro in  
ipso magnitudinem & excellentiam  
quandam supremam, quā habet  
ex semetipso. Omne id, quod a-  
spicio velut Religionis, aut devo-  
tionis meæ objectum, est DEUS,  
vel oritur à DEO, suo velut prin-  
cipio; Sic omnia mea obsequia re-  
ligiosa, quæ impendere ipsi mea  
mihi suadet devotio, revertantur  
ad DEUM, & ad ipsum velut ad-

ultimum suum referuntur ter-  
minum.

Nihil magis æquum, vel melius Devotio s-  
ordinatum est, quam devotio ani-  
mæ Christianæ, quando hanc ob-  
servat rationem juxta Sanctæ Spi-  
ritus Ecclesia: Non dicatur, indis-  
cretam ipsam esse; ipsam majori  
devotione ferri erga Virginem;  
quam erga Deum ipsum; ipsam  
sepius & majori cum confidatia  
obsecrare illam, quam obsecret  
JESUM Christum; ipsam, unico  
Verbo, impendere creature, quod  
impendi non debet nisi soli DEO:  
talia profette in medium, magna  
fanè est indiscretio; siquidem in-  
terroga animam hanc devotam, di-  
cet tibi, Ita non cognoscere, nisi  
unum solum Deum, & unam so-  
lam Matrem Dei, & plures seruos  
Dei, qui sunt omnes Sancti; in-  
terrationem suam esse, æqua & cons-  
grua reddendi omnibus obsequio  
ipsis à se debita, sed unicuique in  
suo ordine; DEO soli honestes su-  
premos; Sanctissimæ Virginis soli  
honorem inferiorem honore Dei,  
sed majorem eo, quem impedit  
omnibus Sanctis; Et denique om-  
nibus Sanctis honorem majorem  
illo, quem debeat omnibus prin-  
cipibus mundi, sed inferiorem eō,  
quem Sanctissimæ impedit Virgi-  
ni. Quis Aristarchus reprehendere  
audeat devotionem tam æquam,  
tam bene ordinatam, tamque ra-  
tioni consentaneam?

Ad hanc exponendam differen-  
tiam,

Latriæ, iam, utuntur Theologi tribus Hyperduliz verbis, quæ ex eo, quod deriventur e Græcis, non amplius hodie consentur velut barbara aut peregrina; sunt enim ita nobis familia, ut censer possit in nostro idiomate velut domestica & natura. Nuncupant ipsi honorem supremum, quem impendimus Deo, adorationem latriæ, ita ut si hanc impendere quis vellet alteri, quam Deo, committeret idolatriam: Nuncupant devotionem, vel obsequia, quæ exhibentur Sanctissimæ Virginis, adorationem Hyperduliz; Et tandem nuncupant honorem, quem deferimus ceteris Sanctis, adorationem Duliz. Hoc verbum adoratio, quod tam magnificum, tanque sacrum videtur, ut non nisi referendum esset ad solum Deum, suam nihilominus patitur latitudinem, quæ involvit & significat omne genus cultus Religiosi, quem impendimus Deo, Sanctissimæ Virginis, vel alijs Sanctis.

Nonnisi Deo soli dedeo honorem Supremum & adorationem latræ, hancque illi dedeo totam integrum; si enim illius vel minimam partem impenderem alteri, quam illi, etiamsi foret Sanctissima ipsius Mater, enormè committerem crimen, & verus evaderem idolatra; Et hæc ratione verum est, me ipsi hunc solum debere honorem, & non aliud: Si enim contentus forem ipsi solum exhibere honorem Duliz vel Hyper-

R. P. Isaac Consultant. Tom. III.

duliz, maximæ afficerem ipsum in-  
juriâ, eoque non honorarem ip-  
sum, nisi si uplicem quandam crea-  
turam, & impendendo ipsi hunc  
cultum, perpetratem crimen abo-  
minandum.

Nonnisi Sanctissimæ Virginis de-  
beo cultum Hyperduliz, & hunc Hyperdu-  
lix, pro so-  
la sanctissi-  
ma Virgine.  
Adoratio  
ipsi soli totum integrum; Nam si  
minimam ipsius partem redderem  
alteri, quam ipsi soli, merito ar-  
gueret, habere ne devotionem  
indiscretam, injustam, & male  
ordinatam; ita verum est, me illi  
non debere nisi hoc adorationis vel  
homagij genus, & non alterum;  
Nam si impendere auderem ipsi  
adorationem Latriæ velut DEO,  
execrandæ blasphemiae me redderem  
obnoxium; & si contentus for-  
tem exhibere ipsi simplicem ado-  
rationem Duliz, sicut servis Dei,  
cum ipsa sit Dei Mater, devotio  
mea potius foret indevotio, & im-  
pensa horragia irreverentiaz.

Tandem nonnisi sanctis homi-  
nibus, vel sanctis Angelis dedeo Adoratio  
adorationem Duliz; & haec est re-  
ligious & supernaturalis honor, Duliz pro  
nonnisi debitus ijs, quos honorat omni-  
Ecclæsia velut Beatos; Nam si pre-  
sumerem ex immoderata quâdam  
obsequiositate ejusmodi homagium impendere principibus mun-  
di, qui digni sane sunt omni ho-  
nore politico & humano, qui redi-  
di potest & debet vivis hisce Ma-  
jestatis Dei imaginibus; digni au-  
tem non sunt nec unico atomo ho-

Fifff — notis

noris religiosi & supernaturalis. Hoc esset extollere idolum Dagon, illudque collocare super Altare juxta Arcam Domini: Ita abs eo, quod aliquid dividamus, vel confundemus, aut extra ordinem collocamus, reddere debemus omnem honorem DEO soli, omnem

honorem soli Sanctissime Virginis, & omnem honorem ceteris Sanctis. Honorate, adorate, magnificate quamlibet ex ipsis in suo Ordine, nec metuite, vos excessuros unquam impendendo ei omnem honorem ipsi debitum.

\* \*

## ARGUMENTUM.

*Quā ratione exerceri possit devotio erga Sanctissimam Virginem, quia committatur aliquis defectus.*

### ARTICULUS IV.

Regula cer-  
ta devotio-  
nis erga  
sanctissimā  
Virginem.

**N**E tuam metiatis devotionem ex teneritudine Cordis tui, nec ex fervore precum tuarum, nec ex zelo exstimulante te ad honorandum Sanctissimam Virginem, nec ex magnitudine confidentiae, quam collocas in potenti ipsis Intercessione; haec omnia non sunt, quae constituere possunt vel excessum, vel defectum devotionis tuae; sed attendenda est natura ipsis obsequij, quod ipsis impendis. Si impendes ipsis mihiam partem honoris Supremi, qui latia dicitur, solumque debetur Deo, etiamsi id fieret cum affectu Cordis tui fatis moderato, merito arguendus & explodendus fones: Ah! indiscretio; ah! criminosus immoderatae devotionis excessus! nimium hoc est, plus ipsis, quam debeas, impendis. Sed quaudiu contineris intra limites Hyperduliae, quae tota integra de-

betur Sanctissimae Virginis, dilata & extende, quantum volueris & potueris devotionem tuam, nec cohibe affectus tuos, fervores tuos, confidentiam tuam, nec tuum pro ipsis gloria zelum, & metuere noli, te unquam abripiendum in aliquem excessum. Quando atdetes tanto fervore, tantoque amore, quanto exarsit Seraphicus Doctor Sanctus Bonaventura, ipsam cum S. Bernardo his alloquens verbis: *O magna, o pia, o mul-  
tum laudabilis MARIA: Tu nec  
nominari potes, quin accendas; nec  
cogitari quidem, quin recrees af-  
fectus diligentium te: Tu nunquam  
sine dulcedine divinitus in siti pia  
memoria portas ingredieris.*

*S. Bonavent.  
in Spec. B.V.  
c. 8.  
dura*

Si haberes zelum aequè succensem, nec minus extaticos devotionis raptus, quales sunt illi, quos ostendit Ecclesia in devotione suā erga amabilissimam hanc Matrem,

dum in dies decantat ipsi per aliquot  
meus in anno Antiphonam hanc  
totum amore plenam, totamque  
cœlestem, *Salve Regina*. Nonne  
admiraris devotionem cordis, unde  
ipsa profecta est? Dicitur jucun-  
dissimum hunc fructum esse devo-  
tionis, quæ insignis fuit celebris  
ille Hermannus cognomento con-  
tractus, de quo superius jam ver-  
tiber *An-*  
*ba* feci, tanquam de viro ex illa-  
stissimâ profapiâ oriundo, sed à  
naturâ tam male effigiat, ut pro-  
jicerit ipsum in mundum, velut  
parvam quandam informem mas-  
sam, & quæsi in orbem quendam  
contractam, circa id, quod con-  
cesserit ipsi quæsi usum unius è  
membris Corporis sui: Sanctissi-  
ma Virgo, quam amabat arden-  
ter, & incessanter deprecabatur,  
tantâ pulchritudine condecoravit  
ipsius animam, quantâ deformitate  
natura ipsius sedaverat Corpus;  
Siquidem evalit in prodigium San-  
ctitatis & pietatis, ac pulcherrimi-  
num Ordinis S. Benedicti Orna-  
mentum, uti refert Abbas Tithe-  
mius.

Hic fuit, qui in gratitudinem  
mutorum favorum ab ipsâ accepto-  
rum concinnavit illi eximiam hanc  
Antiphonam, in quâ postquam  
salutaverat ipsam velut Reginam  
suam, ac Matrem Misericordiæ,  
vocat eam *vitam suam, dulcedi-  
nem suam, & spem suam*. Assumit  
exinde vocem omnium filiorum Evæ,  
qui miseri sint exules, ipsique di-

cit nomine omium: *Ad te cla-  
mamus, ad te suspiramus gementes  
& flentes in has lacrymarum valle:*  
Et posthac novo proorsùs cum fer-  
vore denuò prosequitur: *Eia ergo  
Advocata nostra illos tuos misericor-  
des oculos ad nos converte, & JE-  
SUM benedictum fructum Ventris  
tui nobis post hoc exilium offende.*

Tandem postquam omnes has tam *Gaudi* bene  
ardeantes, tanque affectuosas ex devotionem  
fuderat preces, ex intimo cordis *admirabilis*  
sui profectas, quasi totus exau-  
stus esset viribus, & amplius nil  
posset, suum absolvit Carmen per  
tres exclamaciones, quæ veluti tot  
sunt delicia amotis, in quibus  
exhalat per breves & intercasas vo-  
ces, reliquas animæ suæ flammæ:  
*O Clemens! O pia! O dulcis Vir-  
go MARIA!*

An quidquam affectuosius sit in  
mundo, majori plenum reveren-  
tiâ aut servore majori? Nonne di-  
ceres, quod ipsam aspiciat, ipsam  
honorat, ipsamque obsecrat velut  
ipsum Deum? quid dicere posset  
amplius divinæ Majestati suæ? Et  
tamen devotio ipsius erga sanctissi-  
mam Virginem, quæ eouslyque pro-  
grediebatur, nec excessiva erat,  
nec indiscreta, eouslyque nunquam  
deseruerit ordinem adorationis Hy-  
perdulæ ipsi debita.

Verum est, quod plures Hæreti- *Petrus Pseu-*  
ci, quibus accenietur *Petrus Pseu-* *do Martyr*  
*do Martyr*, videantur speciale ac- *in Corin-*  
cepisse mandatum ab inferno, ad *ad cap. 3.*  
indicendum bellum egregiæ huic *prioris ad*  
*Corinth,*

F f f f 2 Anti-

Hæretici  
abhorcent  
puletam  
hanc Anti-  
phonam.

Antiphona: tantum is erga illam demonstrat horrois. Oppugnat eam in omnibus ipsius verbis; sed nee unicum illorum est, sub quo non maneat obtritus: obtritus inquam, velut sub ictu fulmineo, dum tota Ecclesia ex eo sibi suum facit triumphum, illamque incelsanter repeatat maximam cum cordis sui jubilatione: quoties namque observaveris, quod, dum devenirur in cantanda eximia hæc Antiphona sub finem officij divini, tota Ecclesia, & Clerus, & populus, & viri, & pueri, succensi videantur zelo inustato, profusque novo, omnésque unanimib[us] votis, suas in cœlum emittant voces, clamando cum omni, quæ superstes ipsis est, fortitudine ac animi contentione: O Clemens! O pia! O dulcis Virgo MARIA!

Quis audeat dicere, totam Ecclesiam à Sancto Spiritu directam, altere devotionem excessivam vel indiscretam erga sanctissimam Virginem, dum ita suum ostendit zelum in glorificando illam, in invocando illam, in exhibendo illi sua signa amoris? Non, ipsa excede-re non potest, cōquod permaneat semper in ordine adorationis Hymen per duliz, quam totam debet Matri huic Admirabili: hanc reddit ipsi soli, & in tota perfectione,

qui reddere ipso potest: Ne metuas, excessum te unquam, quando habetes solus devotionem, zelum, reverentiam, & nobilissimos quosque affectus, quibus tota Ecclesia prosequitur ipsam, non proueres tam in excessum, nec indiscretionis argui posset tua devo-tio; sed potius ex adverso, quis suspeclam non teneat fidem & innocentiam alicujus animæ, quæ erga Sanctissimam Virginem nihil alit devotionis? Nonne observatum est, specialē semper extitisse notam omnium hæreticorum omniumque reproborum, & percutientia fœcula aluisse hos contemnunt, aversionem alias erga Virginem Sanctissimam? Omnes impugnârunt ipsam diversis modis, & omnem tantò magis exaltârunt ipsam, tantòque clarius illustrârunt gloriam triunphi ipsis: Et ideo decentat ipsi Ecclesia, applaudendo illius gloria, & assumendo sibi partem ipsius gaudij: *Gaudete MATER Virgo, cunctas hæreses sola interemisti in universo mundo. Antimendum non sit, insinuasse te vaporem quandam infernalem, spiritum quandam impietatis vel hæresos in animas, quæ nihil fovent devotionis erga Sanctissimam Virginem.*

\* \* \*



ARGU-

## ARGUMENTUM.

Boni effectus, quos devotio erga Sanctissimam Virginem producit in animabus.

## ARTICULUS V.

**E**cce putas, quod Deus redificare volens primam Matrem omnium viventium, assumperit os ex Corpore primi hominis, ut ex eo formaret Corpus hujus feminæ? Ecce non sum sit terram, sicut jam fecerat, ad efformandum Corpus vestri? Et unde est, quod, postquam abstulit unam ex costis ex corpore viri, in hujus locum substituerit solummodo carnem? Et replevit carnem pro ea: Nonne reddere ipsi poterat aliud quoddam os pro eo, quod illi abstrulerat? Quidnam est hoc mysterium? Ossibus fortitudo est & firmitas, nonnisi infirmitas & debilitas carni? Qualis permutatio, quæ tam inæqualis videtur & iniqua? Vit confortat fortitudinem suam feminæ, & in hujus vicem non accipit nisi infirmitatem.

Tertullianus asserit, quod Deus Creator producens Adam, primum hominem, meditatus fuerit IESUM Christum, secundum Adam: *Christus meditabatur homo futurus.* Bene igitur completere possumus institutionem comparationem & dicere, quod producens primam feminam, quam dedit Adæ in adjutorium ipsi simile, meditatus fuerit

Sanctissimam Virginem, quam velut adjutorium simile dare voluit Adæ secundo. Id, quod accidit in opere creationis, figura erat & prophetia illius, quod implendum fuerat in magno mysterio Incarnationis, pro Redemptione hominum.

Ibi videbatur primus homo dare scœminæ ossa sua & fortitudinem suam, ut esset idonea ad adjuvandum se in adimplendo populi mundo, dum ipse in hujus vicem non accipit nisi carnem & infirmitatem: Hic videtur secundus Adam JESUS Christus, induere Sanctissimam Virginem virtute suâ divinâ, ad cooperandum cum ipso, magno sanè negotio, procurandæ saluti omnium electorum, non aliud nisi carnem & infirmitatem in hujus locum recipiens ab ipsa. Quid magis est admirabile, aspicere infirmitatem humanam, quam Deus Omnipotens recipit à Sanctissimâ Virgine, vel aspicere potentiam divinam, quam recipit Sanctissima Virgo in permutationem ab Omnipotente Deo? Utrumque pari quasi ratione videtur incomprehensibile: Sed utrumque erat necessarium, ut nimicum secundus Adam haberet adjutorium

F f f f ,

u

um sibi simile , & ambo essent velut Pater & Mater , longe hujus & numerosæ posteritatis omnium e. lectorum.

Relinquamus modò infirmitatem carnis humanæ , quam secundus Adam recepit à secundâ Eva , & consideremus solummodò stupendum prodigium , aspiciendo esse & robur visi , data feminæ ; id est , potentiam infinitam DEI datam & collatam Sanctissimæ Virginis , ut utatur illa in favorem eorum , quos aspicit , quosque amat suos velut filios : Et in hoc aspicias inestimabilem omnium eorum , qui erga ipsam devoti sunt ; felicitatem .

**Exod. 27.  
v. 6.**

**Magnum  
miraculum  
in deserto.**

Revoca in memoriam , quod exaratum est in exodo . Filii Israël faciebant iter per desertum , & pergebant in terram promissionis sub directione Moysè , qui cum in itinere maximam tolerarent siti , Deus Moysi præcipiebat , ut loqueretur ad aliquam petram , ipsique præripetet , ut daret aquam infelici huic populo : Moyses non contentus ad petram loqui , suâ ipsam percussit Virgine ; Et ipsa abundantissimas profundere cœpit aquas . Ecce tibi ingens miraculum ; sed apparuit posthac id longè adhuc majus , eòquod hæc aquam nunquam fuerit exsiccata , ipsisque defuerit nunquam in toto itinere , quod protractum tamen fuerat ad quadraginta annos omnino integros : Adhac prodi-

gioissimum hoc apparuit miraculum , quod , cùm ipsi peregrini fuerint , sèpiusque coacti mutare locum , hæc aqua ubivis fuerit ipsos secuta .

Sive petra , quæ aquæ hujus fons fuerat & scaturigo , anbulaverit post ipsos , velut quidam annona præfectus , qui fideliter sequitur exercitum , quocunque vadat ; videtur dixisse hoc Sanctus Paulus in primâ ad Corinthios : *Consequente eos petrâ* ; Petra , inquit , ambulabat post eos : Sive aqua sola , mediante alio quodam prodigio , quod non minus fuisset stupendum , secuta fuerit ipsos ubivis , quanidu suum prosequabantur iter , tranquillè modò fluens in motem aminis per campum planum , modò flexuose decurrens cum murmure inter petras , modò cum impetu torrentis instar se præcipitans in valles , modò suam contra naturam iterum ascendens , suâmque super montes prosequens cursum , & ubique ad bibendum crystallinam offerens aquam in magnâ abundantia , ad refocillandum integrum , eundemque numeroissimum exercitum , totumque ipsius comitatum , ita ut nunquam defuerit ipsis aqua , quanidu ambulauunt per desertum . Quis diffitebitur , hæc esse prodigia continua omnium sæculorum digna admiratione ? Nihilominus nonnisi figuræ hæc erant , quarum nos possidemus veritatem , quæ

*sive*

fine comparatione magis est stu-  
penda.

Filii Istrael repræsentabant id ,  
quod nos sumus : Desertum , per  
quod faciebant iter ut pervenirent  
ad terram promissionis , erat figura  
laciynosæ hujus vallis , quæ re-  
cessariò perambulanda nobis est ,  
antequam peringamus ad beatam  
illam terram viventium nobis pro-  
missam : Ipsi tolerabant sitim , nos  
toleramus longè vehementiorem ,  
dum incessanter astuamus nostra-  
rum igne concupiscentiatum ; Et  
aqua , quæ necessaria ipsis erat , ne  
perirent , significabat gratiam , di-  
vinam hanc & omnino prodigio-  
sam aquam , sine qua pereundum  
foret omnibus nobis : Tandem pe-  
tra , quæ dabat has aquas , manife-  
sta figura erat JESU Christi , qui  
omnes gratias è sinu suo nobis ef-  
fundit , ut luculentis verbis id ex-  
pli-<sup>10.</sup>citat Sanctus Paulus : *Petra au-  
tem erat Christo.*

Sed nondum est satis ; Ecce ,  
quod maximè stupendum in mira-  
culo : Quæ ratione fieri poterat ,  
ut aqua ubi vis sequeretur ipsos , &  
nunquam decesserit illis ? Video be-  
ne , quod Moyses educat ipsam è  
petrâ virtute percutientis virgę ;  
sed quis aperuit iphi ubi vis cana-  
lem , vel aqueductum quis præpa-  
ravit ipsis ? Quis contulit iphi cur-  
sum tam fidelem , tamque obse-  
quiosum , ut continuo inquireret  
miserum hunc populum , ipsius  
potum propinaret in necessitate

suā ? Quis impertitus est illi hanc  
inclinationem ? Et cui tam singu-  
latim debebant favorem , à quo  
conservatio dependebat vita ip-  
orum ?

Nonnulli Rabbini apud Lyta- <sup>Applicatio</sup>  
num & Genebrardum affirmant , bujus pre-  
quod concederit D E U S favorem <sup>digiti</sup>  
hunc meritis & precibus MARIAE ,  
sororis Moyſis , & magni Sacerdo-  
tis Aaronis ; Et ecce quomodo di-  
scurrent ad probandum , id , quod  
dicunt . Favör hic duravit quadra-  
ginta annis , quod totum fuit tem-  
pus , quo populus hic permanit  
in deserto ; & quadraginta annis ,  
postquam egressus est ex Ægypto ,  
loquitur scriptura de morte illu-  
stris hujus fœminæ , MARIAE in-  
quam , quæ soror erat magni Pro-  
phetæ , magnique Sacerdotis : Et  
quantocuyus mentionem facit , quod  
inceperit populus penuriam pati  
aquarum : Valde igitur veritati est  
consonum , concludunt ipsis , pro-  
curasse illam , ipsisque conservasse  
ingens hoc beneficium aquarum  
in deserto .

Dicunt insuper ex antiqua tra-  
ditione , quod hæc petra , quæ da-  
bat aquas , quamque scriptura noua  
vocat petram magnam , fuerit so-  
lummodo petra parva , vel lapis  
parvus , & admodum levis ; quodque  
hanc petram portaverit MA-  
RIA quocunque locorum , asser-  
vans illam in sinu suo , quodque  
in necessitate aliud non fecerit , nisi  
quod humperit illam in manus  
suas ,

Lyranus  
n. 26. v. 6.  
Genebrar-  
dus in psal.  
77. v. 16.

sus, & monstravent populo, sicque profuderit ipsa semper aquas in magna abundantia. Est liberum cuique credere, quidquid voluerit, traditioni Rabbinorum. Sed detegenda & demonstranda hic est veritas, sub hac abscondita si gurâ.

Magna hæc potestas, quæ MARIA soror Moysis pollebat apud Deum, ad obtainendum populo aquas, quæ nunquam deficiebant, non erat, nisi tenuis admiratio potestatis supremæ, quâ MARIA Mater Salvatoris, semper valebat apud Filium suum Unigenitum, Redemptorem nostrum, ad obtainendum nobis ab ipso abundantiam gratiarum, nunquam nobis deficientium: Sequuntur illæ nos, quando eriam desideramus arerâ obligationis nostræ semitâ; descendunt ad nos, usque ad abyssum profundissimum misericordiarum nostrarum; currunt post nos usque in medium lapidei cordis nostri durtiæ; unico verbo; misericordia nos semper prosequitur usque ad ultimum salpitum vita nostræ, juxta hanc vatis promissionem: *Et misericordia tua subsequetur me, omnibus diebus vita mee.*

*Divina MARIA portans IESUM Christum, tenet fontem gratiarum* Ad te, divina MARIA, Virgo Mater Redemptoris mei, ad te confugiendum est nobis: Tu circumfseris in finu tuo prodigiosam petram, quæ nobis dat aquas. Hæc petra est JESUS Christus, in-

exhaustus omnium gratiarum fons in finu suis & origo: Virginali tuo gremio Pro. 5, consignavit DEUS Pater hunc a. vers. 16, quarum gratia fontem toto tempore peregrinationis nostræ, ut omnes mortales suos ad gremium tuum convertant oculos, ad hauriendum ex eo omnes gratias libi necessarias, quamdiu viatores cagerint in terris: *Deriventur fontes tui foræ, & in plateis aquas tuas divide:* Diffundant fontes tui extra te, O Mater Misericordæ, cum non conserves eos, nisi ut nostras consoleris, necessitates. Dispertire aquas tuas palam, cum omnes, qui huius illas, porriganter ad te manus, & omnes sua tibi offerant corda, velut rotidem vase vacua, nihil aliud desiderantes, nisi ut impleantur.

O quam infelices sunt animæ, quæ nullâ seruit erga Sanctissimam Virginem devotione? Quidibant, ut inveniant gratiam apud Dominum, cum nullam nisi ipsa mediante elli velit impetrari: *Nabil nos habere voluit, quod per manus MARIAE non transiret.* O quam felices animæ ipsi vere devotæ! quid enim deesse ipsis potest, cum habeant thesauros aperi- tos, illösque haurire possint: cum gaudio ex fontibus Salvatoris. Ecce magnas prærogativas; Ecce consolationes copiofas; Ecce fiducias firmas ac solidas eorum omnium, qui vere devoti sunt Sanctissimæ Virgini.

A.R.

## ARGUMENTUM.

*Nihil tam periculosum est, quam collocare sua:  
salutis spem in exterris quibusdam signis devotionis:  
erga Sanctissimam Virginem.*

## ARTICULUS. IV.

**H**AUD me later, quod plures Sanctorum Patrum dicuntur maxima-  
xternz salutis spem omnibus Sanctissimz Virginis devotis, sed hi loquuntur de devotis veris, & non imaginariis. Probè novi, Sanctum Anselmum dixisse, juxta relationem Sancti Antonini: *Sicut o Beatisima omnis à te aversus. Et à te despectus, necesse est, ut integrat: Ecce sententiam condennationis in omnes eos, qui nullam habuerint devotionem erga Sanctissimam Virginem: Ita ad te omnis conversus & à te respectus, impossibile est, ut pereat: Ecce certitudinem salutis pro omnibus Sanctissimæ Virginis devotis. Sed loqui intendit ipse de veris devotis, & non imaginariis, qui simplicem apparentiam & speciem externam ostendere & ostendere volunt pro ipsa venerante.*

Novi Sanctum Bonaventuram scripsisse in Psalterio Sanctissimæ Virginis: *Omnes eos, qui digni servierint ipsi, justificandos fore & salvandos; omnesque eos, qui ipsas neglexerint, infallibiliter mo-*

R. P. Isaac Consultor. Tom. III.

rituros in peccatis suis. Sed qui digni intervieneant ipsis, nisi illi, qui curat salutem amplectuntur devotionem tem- erga ipsam, vel aliquam ipsius Confraternitatem, nisi ut imponant simili legem vivendi magis Christianæ, frequentandi sapientia Sacra menta, jejunandi certis diebus, accedendi sequentiæ Ecclesiam, studendi fidelius imitationi hujus Regiae. Sanctorum omnium, ipsius puritati Virginali, ipsius charitati, & reliquis ipsius virtutibus, & possessorum nunquam tollerandi aliquod in animabus suis commorati peccatum. Ecce eos, qui digni serviant ipsi, quos ipsa velut veros suos respicit devotos, quique admodum certam suam sibi habent salutem. Quinam sunt ergo, qui ipsam negligunt? sunt ij, qui contenti sunt externas alias obser- vare ceremonias, velut portare Rosarium aut scapulare, vel in honorem ipsius jejunare die Sabathi, ut habeant saltem tenuato aliquam devotionis suæ apparentiam, supra quam fundare possint aliquam salutis suæ certitudinem, eoque audiētint, devotos erga Sanctissimam Virginem nunquam

Ggggg peri-

*Semper per-  
riculosam  
est collo-  
cate pem-  
sus in  
exemplo  
quodam  
miraculoso*

petituros. Ecce falsos devotos,  
qui negligunt ipsam, quique mor-  
tientur in peccatis suis.

Exploratum ultius habeo,  
Auctores, qui scripserunt de de-  
votione erga Sanctissimam Virgi-  
nem, plura recentissime exempla  
eorum, quos truerit e portis mor-  
tis, ac etiam illis inferni, dicentes,  
quod condemnati jam fuerint, eò-  
quod maximi extiterint peccato-  
res, sed ex eo, quod devotione  
quādāp persecuti fuerint hanc  
Matrem Misericordia, obtinue-  
rint mediante potentissimā ipsius  
intercessione horrendā hujus re-  
vocationem sententiā, gratias,  
que se convertendi, ac tandem se-  
licitatem pertingendi ad portum  
salutis. Sed si verum est, rarissi-  
ma &c inusitatissima hæc sunt mi-  
racula, qua nemo promittere sibi  
audeat, absque magna temeritate.

Vel esse potest, hæc non esse,  
nisi puras illusiones diaboli, qui  
eo nomine excitat affectus dolo-  
ris in corde maximorum peccato-  
rum, vi cuius persuasum sibi ha-  
bent, se ex integro esse conver-  
tos, qui tenetimas eliciat ex ip-  
sis lactymas, qui invocate faciat  
ille inquisitissimam Virginem, ver-  
bis omni reverentia ac amore plu-  
ris, representando ipsis, quod li-  
cet vitam duxerint sceleratam, ni-  
hilominus semper magnam ha-  
buerint fiduciam in ipsius bonita-  
te, & fideliter indies recitarint ipsi  
certum salutationum Angelicarum

numerum. Et sic validè tranquilli  
excipiunt fate, moriantur feceri,  
citra id, quod metuant judicia  
Dei, dimittentes omnem de pec-  
catis suis cogitationem, quævis  
etiam hæc sint, in maximōque  
multiplicata numerō, & nullā un-  
quam expiata pœnitentia; nec lo-  
quentes, nisi de confidentia,  
quam semper habuerint erga Ad-  
vocatam miserotum peccatorum,  
invocando ipsam: O Sanctissima  
Virgo, illos tuos misericordes oca-  
las ad me converte pauperem su-  
um tuum: semper dictum mihi  
sui, temp̄que id firmiter credi-  
di, non passuram te unquam ali-  
quem, servorum tuorum damnari.

Et quando tam pacate mori con-  
spicitur existimatus hic Sanctissimæ  
Virginis devotus; dicunt omnes:  
o quam facile obtinetur salus me-  
diante Sanctissimā Virgine! Haud  
opus est, nisi quotidie parva quā-  
dam ipsam prosequi devotione,  
& de cetero in pace vivere: con-  
stat enim, pessimè semper hunc  
vixisse hominem, qui nihilominus  
sancti iostat est mortus, eò  
quod Sanctissimæ Virginis extite-  
rit devotus, recitans ipsi plures  
quotidie salutationes Angelicas.  
Et forsan diabolus est, qui totam  
hanc ludit traḡiam, ut decipiat  
simplices, ipsisque persuadent se  
curè vivere se posse in peccatis,  
nec habere, quod metuant, se in  
his vel morituros, vel esse dam-  
nandos, modò parvam quandam  
erga

erga Sanctissimam Virginem fo-  
veant animo devotionem. Con-  
fidentia sanè præsumptuosa , &  
prosperitas temeraria ! dici potest, pe-  
riculofissimam hanc esse fraudem  
dolurisque diaboli.

Tandem enim periculofus ní-  
hil est, quām suā spem salutis col-  
locare in patribus quibusdam dovo-  
tionis erga Sanctissimam Virginem  
apparentijs; cōquod h̄z non ser-  
viant, nisi ad conferendā confiden-  
tiā animæ perseverandi in pec-  
catis suis absque anxietate, sub ex-  
spectatione potentis auxilij, quod  
nunquam non porrigit ipsa servis  
suis. Illa quidem potentissima  
est, verū sit tuam exigas vitam  
in peccato & illud teneas adhuc in  
articulo mortis, tuā infixum ani-  
mæ, quando & ipsa, &, totus si-  
mul paradisus orarent pro te, de-  
fendere te non possent adversus  
tigorem justitiae Dei, quā implaca-  
bilis est erga eos, qui vivunt & mo-  
tiuantur in peccato , quocunque  
devotionis apparentis velo tuas  
conceris obtegere iniquitates.

Tan̄o firmiter teneo, devotio-

nem erga Sanctissimam Virginem Qualis dicitur  
esse unum ex certioribus notis rotio erga  
prædestinationis nostræ, & unum mam Vir-  
gine solidioribus argumentis, quæ ha- ginem esse  
bere possumus de salute nostrâ æ- currare  
ternâ, ut lubens darem vitam posse salu- tena no-  
mam pro defensione hujus vesti- stram.  
tatis. Utinam publicare illam pos-  
sem voce tonituri per universum orbem, sed loquor de devotione  
verâ ac sincera, quæ cordis occu-  
pet penetralia, persuadens ipsi,  
ut magis ipso inferno oderit pec-  
catum, quæ minoris estimet ap-  
parentias externas, quām putita-  
tem animæ & innocentiam vitæ:  
imitari malit, quām precari San-  
ctissimam Virginem, quæque in-  
cessanter contendat illi placere,  
& oculis Unigeniti Filii ipsius JE-  
SU Christi. Si ejusmodi tua ex-  
ga Beatissimam Virginem fuerit  
devotio, vivere poteris in pace,

& firmâ fiduciâ salu-  
tis tuæ.

¶ (o) ¶



Ggggg > CON: